

# BARTHOLO-

mæi Pitisci Grunbetgensis.

## TRIGONOMETRIÆ

LIBER SECUNDUS.

*De necessarijs ad dimensionem Triangulorum, tabulis Sinuum, Tangentium & Secantium.*

I. Triangula sic sunt. Dimensio Triangulorum est ignorantum in Triangulis sive laterum, sive angulorum, ex notis tribus, sive lateribus, sive angulis, sive puris, sive mixtis, inventio. *Dicitur etiam solutio Triangulorum: item calculus Triangulorum.*

(*Sunt in Triangulis præter angulos & latera, etiam area. Sed illarum dimensio neq; Triangulorum est propria. Nam & aliarum quarumcumque figurarum areas metimur. Neq; primò Triangulis inest: sed à quadrangulis ad Triangula derivatur. Ideo huc non pertinet.*)

II. Dimensio Triangulorum perficitur per auream Arithmeticæ regulam: quæ docet de quatuor numeris inter sese proportionalibus, datis tribus quibuscunq; reperire quartum.

III. Ergo ad dimensionem Triangulorum & proportionem omnium Trianguli partium inter sese certas, & eadem numero explicatas esse oportet.

IV. Proportionem omnium Trianguli partium inter sese certæ esse non possunt: nisi, quicquid est in Triangulis curvilineum: (ut sunt in universis, mensuræ angulorum, & in sphericis etiam latera) ad lineas rectas reducatur. Nam curvi, neque ad curvum neque ad rectum inventa est huc usque proportio: neque fortassis invenietur unquam.

V. Cu-